



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

310. Ut Presbyteris & Diaconibus manus tanquam pœnitentibus non  
imponatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Ut nullus Episcopus alterius civitatis vel parrœchiæ pœnitentem suscipiat, vel sine Episcopi vel Presbyteri testimonio reconciliet. *Ex epistola Felicis Papæ.*

CCCIX. Curandum summopere est ne quis fratrum cœpiscoporumque nostrorum aut etiam Presbyterorum in alterius civitate vel diocesi pœnitentem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum qui reconciliatum se dixerit, sine Episcopi vel Presbyteri testimonio & literis, ad cuius pertinet parrœchiam, suscipiat.

Felix III.  
epist. 7. c. 6.

Ut Presbyteris & Diaconibus manus tanquam pœnitentibus non imponatur.

*Ex Concilio Carthaginensi.*

CCCX. Confirmatum est ut si quando Presbyteri vel Diaconi in aliqua graviore culpa convicti fuerint, qua eos à ministerio necesse sit removeri, non eis manus tanquam pœnitentibus vel tanquam fidelibus laicis imponatur.

Concil. Carthag. 5. c. 11.  
Burchard. lib. 19. c. 72.

Ut pœnitentia Clericis non negetur. *Ex*

*Concilio Arelatensi.*

CCCXI. Pœnitentiam desiderantibus Clericis non negandam.

Concil. Arelat. 2. c. 29.

Qualiter Presbyteri & Diaconi agant pœnitentiam. *Ex epistola Leonis Papæ.*

CCCXII. Alienum est à consuetudine ecclesiastica ut qui in presbyterali honore aut Diaconi gradu fuerint consecrati, hi pro cri-

Decreta Leonis I. c. 16.  
Burchard. lib. 19. c. 71.